



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quæ ante aduentum credere sufficiebant. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



habebant: sicut & in Ecclesia aliqui minus capaces sunt, qui articulos symboli distinguere, & assignare non valent, omnia tamen credunt, quæ in symbolo continentur. Credunt enim quæ ignorant, habentes fidem velatam in mysterio: ita & nunc minus capaces ex reuelatione sibi facta maioribus credendo inhærebant, quibus fidem se am quasi cõmittent, vnde Job, Boues arabãt, & aliñe pascebãtur iuxta eos. Simples & minores sunt a sine pascentes iuxta boues: quia humilitate maioribus adhẽredo, in mysterio credebãt, q̃ & illi in mysterio docebãt, qualis forte fuit vidua Sareptana.

*Iob. 1. c.  
3. Reg. 17. 6*

*Quæ ante aduentum Christi de mediatore credere  
sufficiebat.*

Sed quæritur, Cum sine fide mediatoris antiquo non fuerit salus, sicut nec modernis: vtrum oportuerit illos credere omnia illa de mediatore, quæ nunc credimus? Quibusdam videtur, quod suffecit illis quatuor tantum credere, sc. natiuitatẽ, mortem, resurrectionem, aduentum ad iudicium, quod expressis verbis Aug. colligunt, vbi ista quatuor posuit. Alijs a. videtur habitã fide trinitatis, id est mysterio incarnationis fidei suffecisse, vt Dei filius crederetur nasciturus de homine, & iudicaturus qui de Ioanne Baptista documentum huius rei assumunt, qui de morte Christi & descensu ad inferos in Euangelio dubitasse videntur, secundum expositionẽ Greg. quando interrogauit per discipulos, Tu es qui venturus es, an aliũ expectamus? Quasi diceret, Es tu per te ipsum descensurus ad infernum, an aliũ ad hæc sacramenta missurus es? Quidã tamen dicunt eũ non dubitasse de ignorantia, sed de pietate, i. dubitare se ostendisse: non quia ignorauerit, sed pietatis affectu compassum esse Christo, & eius humilitatẽ admirando insinuasse.

*Greg. hom.  
6. ad illud  
Matth. 11.  
Tu es qui  
venturus es.  
Et hom. 1.  
in Ezech. ad  
principium.*

*De fide Cornelij.*

Solet etiam quæri de Cornelio, Vtrum fidem incar-